



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Collegiis Canonicoꝝ Per Germaniam, Belgivm,
Galliam, Hispaniam, Italiam, Aliasqve Orbis Christiani
Prouincias, Liber Singvlaris**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1615

Capvt XLV. S. Vincentii Collegivm Sonegiense inter Hallas & montes
Hannoniæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11227

mortiferam pestem fugientes aliquando paliola contexebant, aliquando diuinas Scripturas, honorifico opere conscribebant. Ex quibus nonnulla perinde, ac si recentia essent, hactenus conseruantur. Cumq; putresceret prima monasterij Ecclesia, quæ lignea fuit, Aua Abbatissa lapideam construxit, in qua Franco Episcopus vtramque virginem honorificè leuauit die 22. Martij anno 906. & eodem die, anno 1571, facta est per Suffraganeum Leodiensem altera solennis translatio. Tunc enim Collegium Canoniorum Likensium, qui sanctimonialibus successerunt, migravit in opidum quod *Mæseike* nuncupant. locus est in Comitatu Loffensi, sub Episcopatu Leodiensi.

CAPVT XLV.

S. VINCENTII COLLEGIVM SONEGIENSE inter Hallas & montes Hannonia.

S Vincentius fuit Hannoniæ Comes, antea Madalgarius dictus, inter Palatinos Regis Francorum Dagoberti non infimus. Habuit enim vxorem consanguineam Regis, Beatissimam *Baldetrudem*; ipsumque Rex habuit annis aliquot Hiberniæ Gubernatorem. Vnde postea in Gallias rediens, Sanctissimos & stre-

& strenuos fidei prædicatores secum adduxit: inter quos memorantur SS. *Foillanus, Furseus, Vltanus, Eloquius, Etto, & Adalgisus*. Aubertum Episcopum miro humilitatis affectu coluit, qui eum adeò superni amoris feruore accendit, vt deposito cingulo militiæ sæcularis, totum se ad cultum diuinum astrinxerit. Vnde ad Sambram, in municipio quod *Mons altus* dicitur, monasterium construxit, quod vnicò milliari à Malbodio distat, vbi, monastico habitu suscepto, sub sanctæ conuersationis regula sese humiliter reclusit. Erat enim, seruata charitate, separatus ab vxore sua *VValde-tude*, quæ in *Castriumloco* sanctimonialium monasterium construxit. Tunc autem permulti sanctitate & religionis Zelo illustres, hunc montem vocabulo & religione altū frequentarunt, de animarum salute loquentes. Ita Molanus in Natalibus Sanctorum Belgij.

Sonegiæ siue Sonegia, opidum est Hannoniæ ad Sennam Fl. tertio milliari à Montibus Hannoniæ metropoli, densa inter nemora situm. Quod opidum, vt apud Belgas alia plurima, Monasticæ originem debet suam. Sonegiense porrò monasterium à S. Vincentio Hannoniæ comite anno circiter 640. fundatum, cum alijs plerisque Belgicis impias manus Normannorum sensit. Post à B. Brunone Archiepiscopo Coloniensi Ottonis Imp. fratre, qui Hannoniæ Ecclesias pœnè vniuersas

reformauit, conuersum est in sæcularium Canonorum collegium anno 965. qui hodieq; Sonegienfis opidi dominium obtinent, in cuius opidi medio sita est Basilica perantiqua, clauſtri, vt vocant, monastici vestigia etiamnum retinens non pauca. De his rebus ita breuiter Iacobus Guisius in manu scriptis Hannoniæ Chronicis.

Bruno Archiepiſcopus Coloniensis, a motis monachis apud Sonegias, inſigne Canonorum ſeculariũ collegium ordinauit, iſq; conſtitutiones iuxta regulam S. Auguſtini præſcripſit, templo & clauſtro reparatis.

CAPVT XLVI.

S. VVALDETRVDIS COLLEGIVM
Montenſe Canonorum & Canoniffarum in
Hannoxia.

S VValdetrudis parentes habuit VValbertum & Bertiliam, maritum S. Vincērium, Comitem Hannoniæ, ſororem S. Aldegundem, proles, Landricum, Aldetrudem, & Madelbertam, quę duę Malbodio monaſterio poſt Aldegundem præfuerunt, & Dentlinum puerum, qui in albis obiit. Hi autem omnes in Litanijſ Eccleſiæ Montenſis inuocantur: eorumq; tempore pagus à fluuio ſuo dictus Haynoenſis (liue, vt nunc loquimur, Hannonia , inſignis Comitatus) coronam geſta-